DE

MYELOPHTHISI CHRONICA VERA ET NOTHA.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

ONSENSU GRATIOSI ORDINIS MEDICORUM

PRO GRADU DOCTORIS,

UMMIS IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

EGESMUNDUS EDUARD. LOEWENHARD
ANGERMUNDANUS MARCHICUS.

DIE XIV. M. JULII A MDCCCXVII.

BEROLINI,
TYPIS HAYNIANIS.

in lucem proferre iubentur specimen diliger
tiae et doctrinae, ut quantopere muneri su
satisfaciant, inde eluceat: sat tamen multa ii
sunt huic instituto, quae tironum animos tu
bare, trepidationemque injicere possint. E
enim experientia destitutus, qua, si non sol
certe potissimum opus est medico, qui a
novas eruere, aut veteres impugnare velit op
niones, de scribendi materia incertus ad i
tandem refugiet, ut vetera repetat, concoc
recoquat. —

Quem scrupulum ut possem ipse evitar
quae duce Illustrissimo D. E. Hornio institu
clinici moderatore, de gravissimo myelophth

eos morbo ipse observavi, tanquam specimen
augurale cum eruditis hominibus communi-
are, mecum constitui. Erant, quae primum
ne deterrerent, diagnoseos difficultas, sympto-
natum primi stadii cum aliis morbis similitudo,
tque quae inde oritur perniciosa permutatio,
naxime autem quod desertae et derelictae rei
atrocinium suscipere videbar; quibus difficul-
atibus removendis etsi etiamdum sentio satis
ne imparem esse, neque iis quae doctiores a
lli scriptione iure suo postulent, ullo me
nodo satisfecisse: tamen si doctorum homi-
um animos in hunc adverterem incultum cam-
um (qui reconditorum morborum sedes, plu-

rima necdum cognita aliquando experiunti
feret lautissimisque muneribus eum dimit
qui laboris non parcus, columnae spinalis a
riundae in se suscipiat negotium) spero f
ut non ab omnibus partibus inutile et in
fecisse censear. —

ermulti autores tabem vulgo dorsualem dictam a toto aciationum genere, a nervosa potissimum tabe ob opriam originis suae causam discerni jubent; intima em natura valde differre discernique posse certum persuasum mihi habeo.

Jam Hippocratis *) fundatoris medicae artis, Galeni Baerhaavii opera **) non solum hujus morbi delinca-

---

*) Hippocrates de morbis lib. II. et alias etiam in li- de gland. T. X.

**) in praelect. acad. in instit. proprias rei medicae ab de Haller editis tom. V. p. I. et tom. VI.

tionem nobis tradunt, sed adeo illi antiquissimi do
nae patres jam sedem, causam ac naturam hujus
divinarunt.

Neque tamen tam raro ut pristinis visum est m
cis offertur hic morbus; saepius autem praeterm
non agnoscitur, sive cum similibus confunditur,
magna adsit inconstantia symptomatum causaeque
pius ob verecundiam aegroti lateant. In hodierna
rum corruptione ac mollitie apud urbanos potissim
in dies crescente, in frequentissima propter nimian
praematuram Venerem totius nervosi atque inpr
genitalium systematis debilitate, nullum medicum
stris temporibus cum Vasco Castello *), utrum tabes
salis inter morborum species recipienda sit nec ne
terrogaturum putem, in quacunque demum
versetur.

*) in exercit. medic. ad omnes thoracis effect.
Tract. VIII. cap. II. diff. V.

Pathogenia. Causalem hujus morbi nexum expo-
ere conabor priusquam ad symptomata aggrediar, ut
melius inde eluceant, diagnosisque stabili incedat
ede.

Pradispositio. Potentiis nocivis adamussim in cor-
is impetum facientibus, nulla constitutio (?) nulla
tas, nullus sexus *) ab hoc morbo immunis remanet,
erumque ac facilius sanguineos, summa systematis
nguiferi irritabilitate dotatos invadit; hujusmodi enim
mines graciliter crescunt, et animi et corporis moti-
is statim irritantur, saepissime excellentissimis ingenii
tibus fruuntur; animi autem eorum hilaritas etsi
incipio fortis, tamen inconstans mox exstinguitur,
nnibus aliis relictis, nunc hoc nunc illud aspirant
quamcunque, veneream inprimis voluptatem pronis-
ni, libidinosa cupido increscit eo magis, quo major
orbosa irritatio, dyscrasia humorum etc. corpus do-

---

*) Anno praeterlapso meretricem in nosocomio ob-
vavimus, quae nisi causarum ac symptomatum cohos
nnino nos fefellerunt, myelophthisi vera chronica aegro-
it, valdopere vero dolemus, quod observationem con-
uare nequivimus, cum nosodochium relinqueret.

minat *). Forsitam omnia etiam nominanda sunt, mio seminali fluxui faventia **). Eodem iure et in haereditariam quandam adoptare possumus dispos nem ***) a parentibus libidinosis systemate irritato nitali praeditis in progeniem descendentem.

---

*) Ill. Breudelius in dissert. de tabe dorsali Gött. §. XII. constitutionem plethoricam pingit, aetate pro stricto habitu praeditam, excessu quocunque, in Venere tissimum Baccho, drimyphagia, caelo inprimis fer aphrodisiacis et quae his sunt similia dorsuali medull cile tabescentem. Obveniunt ibi plures, qui in hoc h praeditis tabem observarunt autores. Welschii verbi g aeger omnibus membris gracilibus totoque corporis h et facie ipsa ad muliebrem potius quam virilem accec fuit. Irritabilitate tales homines summa perfrui jan constat.

Helwichii aegrotus gracilis cholericus describitur. I delius ipse l. d addit: notum est talis corporis homin veram etiam phthisin esse proclives.

**) vid. Tissot opera omnia T. II. Baerner von Onanie Leipzig 1776.

***) W Rothe von den Ursachen der Selbstbeflec und Ausschweifung ꝛc. Leipzig 1798.

Causa occasionalis. Omnia quaecunque congestiones in inferiorem columnae spinalis partem excitant, iberrimam huic morbo occasionem possunt dare, prae omnibus externae inprimis laesiones, violentae contuiones, coxendicis commotiones ab aliis autoribus *) cauae habentur . . quod vero frequentissime accidit, ta ut nonnulli scriptores eam unicam causam habere dducerentur, nimia haec repletio sanguinis in medulla pinali *nimia irritatione* sive haec ex concubitu **)

---

*) Vid. *W. Sachtleben* Versuch einer med. Clini. der usʒehrenden Krankheiten. T. I. S. 89.

P. Franc epitom. de curand. etc. T. V. P. I. p. 258.

Richter specielle Therapie. T. IV. S. 557.

**) Quod in plurimis accidit aegrotis qui stando coium se exercuisse confessi sunt. Forsitan repletio sanguiis infer: partium duplici hoc nisu magis allicitur. Idem rtasse de iis praesertim praedicari potest, qui extremitabus inferioribus valdopere utuntur: In vitae victusque iam ratione multa sunt, quibus haec causa occasionalis au eri ejusque effectus confirmari possit, ut qui assidue v. litteris incumbentes ac vitam sedentariam degunt, nervis ldopere irritatis, abdominalium viscerum obstructionibus onoxii, ii nocturna potissimum seminis ejaculatione cru-

sive ex masturbatione sive ex pollutionibus diurnis (quamquam istae fere semper in modo dictis potentiis radicantur) exorta est *).

In omni *nimia* laticis seminalis *profusione* tria respicienda sunt momenta, quae eo magis ac velocius in perniciem ruunt, quo teneriore pueritia is qui hac dispositione utitur gaudet; cujus cum major est corporis sensibilitas et irritabilitas, tum ampliore eget robore et tenacitate.

I. *Jactura seminis.* Argumentis non opus est, ut evincatur quanti nobis fit momenti pretiique ille latex,

---

ciantur, ita, ut Boerhaavius l. c. p. 776. in tabem dorsualim sensim sensimque eos incidere dixerit.

*) Ceterum jam in operis limine, id tanquam summam totius argumenti proponam, myelaphthisin veram chronicam me nullam accipere aliam, quam quae ex nimia seminis iactura oriatur, et si quae ab aliis auctoribus ex aliis causis oriri putentur eas me omnes in spuriarum myelophthisium numerum referre, perumtationemque mihi a vero non alienum fortasse factum esse videtur.

si illos etiam physiologos sequamur qui seminis massam absorbentium vasorum systematė in sanguine revehi negant, neque tamen omnia ad hunc morbum generandum conferre, ex eo patet, quod feminae etiam dorsuali corrupiuntur phthisi seminali humore omnino destitutae *).

II. *Affectus animi.* Intensam perpetuo imaginationem, rerum obscaenarum varietatem multum conferre ex eo nobis elucet, quod non nulli immodicitate exhausti connubio cum femina modesta inito, quamquam non rariores concubitus celebrarent, tamen convaluerunt, immo potentia debilitata hoc modo roborabantur**).

---

*) Neutiquam ignoramus non nullos scriptores ejaculationem illam mucosam ex utero et vagina, et ex cryptis sebaceis corporis urethrae glandulosi, vulgo prostatae muliebris nominati, pro semine muliebri habere. Fluidi istius prostatico liquori magis analogi, si partim minimam quantitatem coitus irritamento elicitam respiciamus, partim porro perpendamus quantus in leucorrhoea interdum numerus per omnem vitam sino ullo majori damno profluat, nullius eam hic loci esse autoritatis extra omnem dubitationis aleam positum est.

**) Imaginationis volubilitas, phantasmatum obscoe-

III. Concussionem nimiamque systematis nervo
irritationem, et debilitatem maximam mox subsecutan
summum puto momentum; nervosi enim systematis ir
tensione, sanguis majori impetu in partes irruit; omn
enim irritatio attrahit, simultanea sanguinis in hoc sy
stemate (Reil, Gutfeldt) coacervatio, partem ab irrit
mento praeprimis affectam maxime replet, magis m
gisque evanescit, quo rariores irritationes fiunt; solu
modo si haec modum excedit nimia irritatione debilit
sic dicta indirecta relinquitur; cum enim lumbaris do
salisque potissimum medullae pars et proficiscentes a
eo nervi lumbares et sacrales immediatim cum plex
seminali cohaerentes inprimis afficiantur, atonia qua
exinde subsequitur in his potissimum partibus appare
bit; in partem ergo si cum aliis compares (relative
debiliorem, ut locum minoris resistentiae sanguis irro
gabit, plethoramque topicam ciebit, et facile subinflama
tio chronica originem hauriet, quae demum, causis in

---

narum continuitas genitalia pepetuo stimulant, quo fit u
semen capiosius secernatur; stimulum autem stimulo ac
dunt hujusmodi homines, dum voluptatis quam plurimu
varietate fruuntur.

imis persevrantibus, in suppurationem abiens, *) morm istum teterrimum hucusque nomine tabis dorsua- insignitum gignet; myelophthisin veram chronicam re nostro eam appellabimus **).

Respondent etiam theorematis modo exposito, quae mortuorum sectio nos docuit. Plurium enim mye-

---

*) Ill. F. Harles in libro suo (über die Entzündung des ckenmarks. Nürnberg 1814.) nobiscum consentit; hujus im uti cujuscunque suppurationis organi rem causamque in aedam chronica inflamatoria vasorum venoso - lymphatirum affectione versari putat; utrum vero inflamatorius progressus in hoc, an potius in arterioso - capillari symate fiat, profecto nec cultro neque oculis discernere teris.

**) Hipp. etiam in libro de affectionibus internis de jus morbi ortu fere eaudem jam tulisse sententiam vide-; defluxionem enim et repletionem sanguiferorum vason abstructionemque pro causis hujus morbi habet, quam cui nunc inflamationis nomen est valde congruere pu- ius.

lophthisi defunctorum columna spinoli aperta, spis
puriformem laticem reperimus, qui canalis longit
nem, inferiorem inprimis ejus partem investivit, me
lamque circumfusit; inferior ejus ac caudae equi
pars tumidis vasculis insignita, collabsa friabilis oc
se obtulit, quo omnia contabescere videbantur *).

---

*) D. Christ. Weidenbach tractat: de tabe dors. B
lini 1817. alio longe diverso modo ratiocinatur; m
enim primum stadium neutiquam inflamatorium esse
ctionibus ille elucere contendit, collapsum corruption
que caudae equinae non phthisin; sed resiccationem ha
dam jubet (forsitan spiritus vini, ut ipse in prooemio
fitetur „medulla spiritu vini servata, post sex menses
lineata aerique incisa est" mollia duraverit) addit
„vix probare poteris hunc esse exitum inflamationis"
Laticem, cujus supra mentionem fecimus, quem serum
tat, hisce verbis §. XI. commemorat," seri enim accum
tionem, quam in medullae spinalis cavo invenimus, qu
vis inflamationis exitus esse possit, hunc tamen quam
rimum non esse, sed potius saepissime aetoniae vaso
sequelam etc. Ipse vero his verbis §. V. „nunc animi t
quillitate et spe *phthisicis* propria aegrotus tenetur" s
met ipse contradicit —

Diagnosis. Priusquam ad ipsa phoenomena aggre-
amur, prae omnibus morbus in duo valde diversa
dia sejungendus est, primum stadium inflamatorium,
e irritationis etiam phthiseos incipientis, alterum
ppurationis, seu si mavis myelophthisin confirmatam
ncuparem.

I. Stadium. De divernitate hujus stadii nihil affir-
ari potest, si universa spectas, decennium et quod ex-
dit transigit pro dispositione, aetate, sexu ac quo
ajor causarum coefficientium quantitas aegrotum af-
cit.

II. Stadium. Idem fere annorum spatium metitur,
ut cum plurimi horum aegrotorum iam primis aeta-
suae temporibus coitum exercere incipiant, inter
—45 annum diem supremum eos abire observaverim.

Symptomata tabis universalis regnant, inprimis af-
ta videmus organa, cum genitali systemate sympa-
ae vinculis cohaerentia, quorum potissimum organo-

rum hoc morbo afflictorum hanc offerimus scriptionem.

Systema genitale.

I. Stad. Irritata genitalia frequenti erectione tionibusque nocturnis vexantur, testes spasmo adsurgunt, relaxatione vero irritamenta mox subse te, scroti laxissima compages dependet, saepius s bus molestis irrorata, pollutiones atonicae, phant quaecunque libidinosa illicita, virium genetricum tiam devorantes, in diurnas tandem transeuntes. nulla penis erectione praegressa, post minimam siculas seminales pressionem dum alvus e. g. ac profluit, motionibus validis, potu spirituoso prove ut verae seminis incontinentiae speciem prae se saepius aridura testiculornm ac spermatacele ac dicuntur.

II. Stad. Omnino seminalis nunc secretio ces

Systema uropoëticum.

I. Stad. Saepe jam initio hoc systema in sphaeram inducitur, in ureteribus, in vesica ur dolores lancinantes, post mictum valde adaucti tur, frequentissimo mingendi nisu, dysuria renu adeo vitiis stipati.

II. Stad. Tristis dysuriae in euuresin transitus hoc
dium designare solet.

Digestio. Jam ab initio morbi afficitur, eoque ce-
us, quo frequentior post coenam celebratur; appe-
ıs quidem roro deest, immo plerumque adauctus,
itis vero cibis molestiae digestionis incedunt, omni-
debilitati intestinalis tubi concomitatae symptoma-
ıs, diarrhoea cum obstructione alternat, prava inde
turit assimilatio, macies interdum viscerum ob-
ıctiones, haemorrhoides etc. hoc fonte promanant.

Cerebrum. I. Stad. Animus mature labefactatur,
uptuosus olim laetissimus ac securus homo, demisso
ıc capite incedit, tristitiae solitudiniqne sese vovit,
ochondriacus quocunque animi affectu valdopere
tatur, ac si Gaubii verbis uti mihi liceat, effemina-
, memoria inprimis vacillat, quo magis functio ab-
ninalium prosternitur; intimo enim ac mutuo com-
rcio animi status cum systemate vegetativo co-
ret *).

---

*) Vid. Ill. D. Fr. Hufeland über Sympathie. Weimar

II. Stad. Saepius symptomata illa evanescunt que illa securitas bonarumque rerum spes phtl propria locum eorum tenet, vel oblivio in ame et moriam, vel hypochondriasis in melancholian generat.

Oculi. Organa haec, quae tam cum systema netali ac abdominis visceribus *) conspirant, sple ac vigore imminuto vel aucto mensuram quasi g cis potestatis proponunt. Cavi demissique in or sanitatis illo fulgore orbati vitrei languescunt, su oculos tenet (atque eo gravius afficiuntur oculi, coitus exerceatur, sive quod tum lucis libidinisque tamenta simul in eum irrunt, sive forsitan quod laborem excipit requies.)

Spina dorsalis. I. Stad. Aegrotus dolores grantes persentit, cum hoc symptomate sensus in tis aegrotis diversus, nunc caloris, nunc ustionis, n

---

*) Vid. D. H. Busse dissert. de pathologia ocu neralis etc. in deductione ophthabmol. Berolini 1817

D. Fr. Baehrens tractat. de consensu etc. §. 17. rolini 1817.

goris nunc formicationis *) columnam spinalem de-
ndit, habitat autem inprimis in inferiori ejus parte
in natium regione. Postea in omni voluptuoso nisu
lor mordax juxta spinam dorsalem prodit, qui po-
a pressoriam assumit indolem, ferrique vix potest,
aesertim si motum quemcunque validiorem aegrotus
i permittit, vel si subsistere conatur, vel si incumbit
parte lumbari, insolito, mordacique calore (wie glü-
nde Kohlen Richter) cruciari se lamentatur.

II. Stad. Saepius primi stadii symptomata evane-
nt, non raro autem macies perfecta (quae tamen jam
us inchoare potuit) inferioris praesertim spinae par-
aegrotum invadit, ita, ut processus spinosi valdopere
pe promineant, ligamenta eorum relaxentur, quo
plius sese sustentare impeditus collabitur, si ingres-
n tentat.

---

*) Symptoma hoc, quo raro caret aegretudo tum prae-
im percipitur ab aegrotis, si diu sedem tenentes, seu
tu in lectulo decumbentes lente erigi jubentur. Facile
eni intelligitur, quam vaga sit suppositio exinde morbi
ium (Richter) ducere.

Extremitates inferiores. I. Stad. Languidus fe-
sus minimo et corporis et animo motu vitam degit tr-
stissimam, ipse sese solutum quasi ac fractum depingi-
stuporem *) doleremque tensorium accusat, lumbag-
nem sic dictam eclipticam.

II. Stad. Pro signo pathognomonico paraly-
pedumque positio singularis, quae genubus retrorsu-
flexis versatur, habendae sunt, quas perspicimus, -
aegrotus ducitur, tandem genu ipsum saepe d-
struitur **).

Pect-

---

*) Quo magis uropoëticum systema organicis viti-
labefactat.

**) Stabularius myelophthisi laborans, adhuc in cari-
tatis nosodochio versatur, quadraginta annorum agens q-
et ipse modo descriptae fere constitutionis est, coitum sae-
pissime stando exercitum mali causam accusat, anno 179-
primitias morbi persensit; sella enim non uti consueve-
rat, firmiter insessit, hoc autem neutiquam edoctus, com-
mercium cum altero sexu nihilominus continuavit, ita u-
ante acto annos vix ingredi potuerit, nunc tabes non prae-

Pectus non raro afficitur, dyspnoea, non raro
iam phthisis pulmonum, praesertim cum excessus in
ccho praeiverint, exoritur.

Stadium secundum praeterea febricula lenta legiti-
a insignitur, cum in primo stadio acceleratus tantum
lsus saepissime observetur.

Quamquam haec symptomata valde saepe praedo-
nant, non raro tamen diagnosis ab aliis similibus
rbis, qui tamen re causaque valde ab eo discrepant,

---

tim spinam dorsalem afflixit, columnam vero vix rectam
tentare potest, pedes, quibus, si quis eum suffulciat, uti-
, semper genu articulatione retrodecedunt, quae defor-
, distensa, laxa, rudis sinistro inprimis latere apparet,
cujus ligamento capsulari concretiones abnormes depo-
e esse videntur, sensus formicationis pridem perceptus
nuit, eodem modo seminis excretio, quae prius fortis
rat, plane cessit, enuresis vero incompleta, ac melan-
lia plures jam annos persistit, ita ut universa virium
lutio instet.

quamvis et ipsi e spina autem proficiscuntur, non tam faci
evadit, ut fortasse nonnemini videtur, caterva morboru
in cavo dorsali, inque textu nervoso medullae spina
habitat, cujus nulla in libris tam de medicina practi
quam de anatomia pathologica mentio facta est; secti
nibus institutis cavum hoc raro aperitur, sive nihil i
inventum iri credant, sive timeant, ne irritum ca
tantus labor.

Cognatos in inferiori medulla spinali habitan
myelophthisin spuriam nuncupaverimus: huc pertin
excrescentiae tumoresque medullae *), ossificationes d
rae matris, exsudationes etc. post febres acutas **)
metastases rheumaticas, arthr. vener. caet. exanthema
haemorrhagiasque suppressas, porro hydrorrhachis inc
lumnis purulenta, cruenta caete. post commotiones
contusiones violentas spinitidemque acutam, quae saep
tam celeri cursu observatorem fugiunt, ut raro s

---

*) Vid. historiam adjectam.

**) Saepe tales myelophthises spurias post febres t
phodes, unam immo post febrem quartanam intermittente
sanatam observandi occasio mihi fuit.

mmodo artis medicae objectum fieri queant *); diffi-
le praeprimiseae discerni possunt praegresso in venere
cessu; diturnitas, nexus causalis, anamnesis, aegri
oservatio in moram protracta, dispositioque lumen
uidem afferunt, non raro tamen in tenebris versabitur
edicus.

Prognosis tristis, cum initio solummodo curae fau-

*) Vid. Journal general de Medecine etc. de Paris.
ome XXXII. Vir LXI. annorum levi itinere facto postri-
e de dolore ac gravedine valde conquestus est, sensum
tusorium superiores inferioresque perstringere extremi-
es dixit; hora praeterlapsa non magis in eo fuit, ut
ra moveret, involuntaria urina alvusque decesserunt,
c medico suo sex se jam menses rheumatismo laborasse
rsali confiteri potuit, tum subitanea eum mors correpit.
inali cavo aperto magna cruoris copia profluit, postea
ora ac pultacea substantia sub totius medullae integu-
ntis sese manifestavit, quae a secunda dorsi vertebra
que ad inferiorem ossis sacri partem tendebat; medulla
a solummodo in colli vertebrarum canali vix conspicua
resoluta quasi visa est. — Similem casum reperies in
toire de l'Academie des sciences an. 1668.

stum omen capi liceat, si vero altum attigit gradum, s potius in medullae phthisin *) obiit, neque natura r que arte aegri vitam servari potuerit, magis magisque bescentes moriuntur, nisi symptoma vitae imminet atq aegrotum jam antea rapit.

Curatio. Haud facile reperietur alius morbus, quo causarum remotarum remotio magis esset obno difficultatibus, quam in myelophthisi, immo etiam aegrotus onaniam atque in venere excessum relique relinquuntur tamen pertinaces illae pollutiones, q hoc epitheto dignas esse, parvus sanatorum numer magna de hoc morbo scriptorum copia, methodus, qu medici amplexi sunt, diversissima, sat jam proba unus nimiam seminis excretionem roborantibus, a debilitantibus levare conatur, hic camphoram in

---

*) Ill. Baerhaav. l. c. T. VI. p. 158. jam addit, sa vidi neque unquam curare potui.

orbo specificam putet, dum alius hydram hanc opio terficere vult. —

Initio plerumque morbi congestio localis maxime ›dominalis oppugnanda erit; intensa enim horum ner-s vasisque abundantium organorum actione, sanguis ›n solum in partibus genitalibus allicitur, verum iam in vicinis partibus praecipue autem in abdomine gnitur, sic fere semper necessitas urgebit mitioribus ıtiphlogisticis salibus, quae tamen semper virium adui accurate adaptanda, curam salutare, una cum ırcoticis erethismo fere semper simultanea appositis; ›ium vero valde vitandum est, ne obstructio hunc orbum concomitetur.

Consultius agimus remediis externis, quorum in hoc orbo usus salubrior. Celeberrimus jam Hoffmannus optimis remediis desperavit. Quid? quod interna non ro nociva esse credidit; Balnea enim topica sensim nsimque arte, v. g. decoctis adstringentibus et acidu-

lis adaugenda sunt. Inprimis acetum vini *) celebra seu hiemali tempore glacies, quae perinaeo oppon tur. Clysmata frigida (Wichman) et embrocatio, spinam ac genitalia adhibita, multum prodest; or vero quotidie saepius repetita in corpus salubriter re valent, a compressione etiam mechanica aliquid spectari licet, tamdiu quam pollutiones erection stipantur, commendandum mihi videtur Nuckii c pressorium a Beckero **) emendatum; producit qui aliquid irritamenti; ab aliis ergo omnino non aestim (Richter), quod tamen arceri potest, si prius geni frigida lavari aqua curamus, ac prospicimus ut do (Pelotte) arteria dorsalis comprimatur ***). Bal

---

*) Vid. in Ill. D. E. Horn's Archiv für mediz. Er rung B. 2. S. 46.

Wichmann de poll. diur. etc. Gött. 1782.

**) Becker über Pollut. etc. Leipzig 1807. S. 63.

***) Imaginationem prae omnibus aegrotus summa veritate frenare debet, plura, quae ad diaetam hujusmodi grorum pertinet, reperitur in oper. Richter. Becker. B del. etc. c. l. —

iam universalibus tepidis incipiendum est, quibus har-onia functionum restituitur, sensim sensimque usque l frigidissima balnea, ad martialia progrediatur. Mo-ones frequentissimas sub Jove experiri debet aegro-s, nunquum tamen ad defessionem usque, neque equo atur, quo genitalia facillime irritantur. Diaeta non irri-nti, tamen nutrienti curam adjuvare nos aportet. Si ntigit genitalium debilitatem levasse, ad interna ro-rantia, quae hucusque nimium stimulassent, inprimis l acida mineralia, alumen caet. mucilaginibus induta ndemque ad china et martialia transeatur. Praeterea rationis ratio cujuscunque aliae inflamationis ex asthe-a ortae curam fequatur.

Stadii secundi cura palliativa solummodo erit, mptomatibus vitae minitantibus variisque complicatio-bus secundum rem causamque, et earum rationem curere eoque respicere debet Medicus, ut novo or-no pathologico in cute aperto, experimentum cum ceribus artificialibus, seu cetaceis in coxendice vel in-rno femoris latere *) instituat. Enuresis situ horizon-

*) Joerdens in Gll. Hufel. Journal B. 4. St. 2.

tali seu compressione urethrae levari potest diurno te pore, noctu aegrotus vitreis lagenis utatur urinariis *)

Myelophthisis spuria. Recondita causa in lu producta, removeatur secundum characterem specific si per metastases ortum duxerit; aegritudines cutan suppressae, haemorrhagiaeque revocandae sunt, exsu tiones post febres acutas arnicae vi resolvente exp nari tententur, mercuriusque ad saelivationem usq porrigatur, Embrocationesque in os sacrum, scarrificat nes et ulcera artificialia in coxendice administrentur.

---

*) Plur. vid. in S. Tho. Sömmering's Abhandlung über die Krankheiten der Harnblase etc. Frankf. a. M. 18 §. 82.

Causa latet, vis est notissima.

Ovid.

istoria morbi ancillae myelophthisi spuria demortuae.

nna Leonora Schramm, Sexaginta annorum Ancilla, peramenti sanguinei et sana progenie, neque nupsit ue unquam peperit, quamquam non Vestalis virgo . Tenera aetatula valetudinis prosperitate fruebatur; ı vero annos quatuordecim ageret, intermittente tidiana correpta est, quam juvenili robore mox suavit. Anno circiter praeterlapso dysenteria tum poris epidemica eam invasit; ex hoc etiam morbo

convalescentem prima catamenia nullis molestiis sa
tarunt, ac exinde, omitto enim quidquid aberratio
quatuor hebdomadum typo redierunt. Puellam oc
decim annorum propinqua quaedam recepit, ut r
domesticam sibi administraret, ubi summa animi qui
ac hilaritate fruebatur, bona diaeta modicoque lab
contentissima serenissimum ibi biennium peragebat.

Leucorrhaea autem subvenit, quam ego benign
eo magis duxerim, quod menstrua usque ad decrepit
aetatem hoc profluvium alternasse aegra affirmav
saepius interim alvo obstructa laborabat, multos
flantes potissimum cibos abhorrebat, flatulentia, ru
busque acidis cruciabatur, adeoque interdum cor
peregrinum in abdomine moveri, ad aesophagum
scendere eumque adstringere sensit, multaque alia
scripsit phaenomena, quae summum eam hysteriae g
dum attigisse docent. Trigesimo fere aetatis anno v
mis fragmenta ex ano decesserunt, quae si ex narrat
ne eius concludi licet, teniae fragmenta crediderim
Helminthiasis vero sua sponte disparuit nec unqu
revertit. Anno quadragesimo menstrua ultima s
quidem sine molestiis fluxerunt, lipothymia e
repentina sic eam oppressit, ut in media via c
rueret, lecticaque domum gestaretur; ubi animum q

ı refecit, sed per aliquot dies infirma labora- valitudine, quae typum postea menstrualem ob- vare videbatur. Sexennium tunc ancilla apud ma- n suam sine ulla graviori memoratique digna aegro- ine peregit, post cujus mortem servilem conditionem plecti coacta est, quamvis in servitio atmosphaereae bus exposita, multos maximeque strenuos labores ntlavit, tamen a gravi morbo immunis perpetuo in fuit conditione ut officiis satisfacere posset. Qua- r ab hinc annis aegrota frigore praegresso calorem mamque sitin persensit, pectus vehementissima tussi oribusque punctoriis inspirando crescentibus affectum vena autem secta ac antiphlogisticis sumptis, aequi- ium systematum restitutum est. Hujus autem morbi iela fuit sempiterna spiritus difficultas, quae aegro- vehementiori motu, verbi gratia si altior locus su- andus erat, subsistere cogebat. Neglectis autem his ptomatibus iterum adiit servitium; valdopere vero c de gravi dolore in pede sinistro conquesta est: haec mala fortiter tulit, cum autem dolores duobus e annis tanti fierent, ut ferre eos magis nequiret, silium cepit servitium relinquendi. Dolorem ipsum um descripsit ex osse sacro in natium et perinaei re- iem, inprimis in femoris sinistri externam faciem

usque ad pedis digitas descendentem ac saevientem; lida corporis motione humoribusque temperiei au cruciatum contendit.

Interfuit frequens alvi obstipatio, foecibus n duris, nigris foetidis, nec vero purulentis nec cr mixtis, in ipso excrementorum secessu dolores in stino recto urentes persensit, nec urinam sine diff tate, et per stillicidia solum tenui interruptoque ri mittere potuit; medicum iterum consuluit, qui phleb miam innunctionesque e spiritu camphorato adm stravit, cum vero haec remedia vana et futilia ess universitatis policlinicum frequentavit, aegrota ibi fessa est, se olim infectione venerea laborasse, n vero tres menses fluori albo acri obnoxiam esse, d igitur artuum pro rheumatismo venero declaratus quod eo facilius fieri potuit, cum inguinalium glan larum tumores interdum apparuerint, cum merc igitur subl. corrosivo simul decocta haematocathar adhibebantur. Hisce vero medicamentis nihil profic tibus animum induxit ad caritatis nosocomium refug ubi Idibus Martiis recepta est. (Per se intelligitur hucusque relata retulisse, quantum enim aegrota versae valitudinis suae phoenomenorum recordabat litteris mandavi simulque et ipse operam navavi

em ex eius medicis pristinis ad diagnosin perficien-
aliquid eruere.)

Curiosius examen corporis ejus habitum valde eam
crescere docuit, quod maximi mihi momenti vide-
r, cum antea bona nutritione gavisam se esse conten-
t. Imaginem nunc aegrotae adumbrare conabor.
or quidem faciem occupat, attamen non lurida est,
i cavi in orbitam demissi caeruleo margine circum-
oti, caenesthesi integra de tinnitu tamen aurium,
ue scintillis ante oculos interdum conqueritur, re-
atio paulo difficilis quidem, nullis vero fixis in
ore doloribus stipata, nullum videtur impedimen-
vasculoso systemati principique ejus cordi obesse;
us enim tranquillus, uniformis cordisque palpitatio-
conveniens incedit, sexaginta in sexagesima horae
e ictus arteriae fiunt, appetitus ciborum more usi-
, nullum sordium gastricarum vestigium, gustus
ime perversus est, alvus pigra atque impedita nihil
lit, si laxantibus succurritur nigrae stercorique ovil-
imiles faeces dolorificae prodeunt, difficulter paucam
pimentosam urinam prona parvoque rivulo saepe
nti mittit. Quaerelarum autem summa dolorem in
sacro jam snpra latius expositum atque gressui
e noxium accusat, qui tempestatum mutatione au-

getur; nullo corporis situ abdomen, medico ubicu
exploranti nihil novi obtulit, nullibi tumore vel r
extensione eminens, vagina urethraque sine indura
et excrescentia digito apparuerunt, intestinum re
quoque normae respondet. Cum aegrota dolore
sertim acuto in osse sacro torqueri lamentaretur,
lum rheumatismus verus chronicus habitus est, qu
rinaei inprimis et vesicae urinariae musculos in s
ram suam ducere videbatur. *)

Symptomata haec haemorrhoidalia non esse inde
re videbatur, quod nunquam antea hoc ingrato pro
vexata fuerit; quin etiam certa deerant symptomata
organica vitia proderent; febricula etiam lenta int
organorum laesionum comitatrix plane defuit.

Servitium in aetate provecta, victus inperspiral
transpiratioque suppressa rheumatismum genuisse acc
bantur, his etiam nitebatur methodus sanandi, ad al
laxandam solutione interim natri sulphurici adhibita
mentoque ammoniato dolorosae partes innunctae s
Curatio illa cum balneis tepidis juncta usque ad Ap

---

*) Quamquam Hornius vir illustrissimus profun
rem mali sedem praesagivit.

s frustra continuabatur, alvus pigra, dolores in osse
o et intestino recto, atque ischuria incompleta eam
reliquerunt, incommoda summam nunc anxietatem,
mniaque tristia adduxerunt, appetitu ciborum eo-
, pulsu bono. Pilulas sumsit ex asa foetida, aloë
apone medicato usque ad decimam maji, periodica
si sanitate gaudens. Quotidie fere alvus solvebatur,
uria etiam cessabat, dolores tamen domicilium quasi
ocis supra descriptis fixerunt,

XXX. Maji. cum aegrota denuo obstructa fieret,
tio natri sulphurici reiterata est

V. Mensis Junii. intestini recti dolore increscente,
eque sese consociante octo hirudines ad anum ap-
atae sunt; cum vero pathemata majores semper ac
ores profectus facerent duodecim hirudinibus loco
cto oppositis vis acerbissima dolorum et systematis
uiferi diminuebatur.

XII. Obstipatae alvi causa aegrota infuso sennae
posito usa est, nulloque symptomate urgente impe-
rheumatismi cura auspicabatur.

XVII. Pilulae ergo ex resina guajaci ac extracto
amarae una cum balneis vaporis atque inungendis spi-
sis administrabantur; nocte turbulenta cui obstructa
magnam dedit occasionem, inter acerbissimos

dolores peracta, clysma adhibitum est, quod alv
laxata alterius noctis somnum emendavit, Stran
perseverante doloroso ardore afficiebatur, quem e
domine in cor adscendentem erat descripsit; manu
tem nullibi sentiendus neque pressione augendus, p
tranquillitate eadem incessit, appetitus imperturbatu
mansit, Clysmate emolliente et alvus reclusa est,
intima mixtio nihil materiae morbosae monstravit.

XX. Dolores lecto exacerbantes sic crescebant
narcotico solummodo levari possent, pulsus autem
quillus incessit; remediaque continuabantur.

XXI. Postridie aegrota valetudinem suam
laudavit, cum remissione in pelvi dolorum gaudere
pede autem sinistro adhuc perseverare eos dixit.
pertino tempore alvo iterum obstructa, pulsu b
stranguria evanescente, denuo de acerbo suo in fem
osse sacro et perinaeo dolore conquesta est.

Cum vitia organorum indies magis magisque su
caremur, in omni situ abdomen explorati sumus;
vero etiam exploratio nihil docuit; digito enim ute
et intestinum rectum exploranti nihil materiae per
nae nec puris nec ichoris adhaesit, idemque cathe
in vesica urinarie evenit; ad alvum laxandam mix
salina porrigebatur.

XXII.

XXII. Dolores eadem acerbitate in acetabuli, in-
misque tuberis ossis ischii regione saevierunt; quid?
od somnus eam fugit, alvus autem ac urina sine mo-
tia profluere, appetitus bonus et pulsus integer.

XXIII. Motionem corporis exacerbatio sequebatur
lorum; cum autem quiesceret paululum diminueban-
, appetitu bono, alvi et urinae secessu normae
nveniente, pulsus una eademque tranquilitate in-
editur. Exploratione locali reiterata obliquus uteri,
rtionisque vaginalis situs innotuit, dolores etiam dor-
incumbenti adaugebantur, quo unum alterumve ova-
m induratione forsan, vel intumescentia, vel hydatibus
orme intestinum rectum ac vesicam urinariam oppri-
re conjectebatur. Postridie ardorem in osse pubis
usatum, obstructioni adscripserunt, cum per aliqot
s alvus non descendisset laxansque salinum iterum
consilium vocatur, quod effectum etiam edidit opti-
im; cum postridie levamena tormentis subsequeretur
ctemque aegrota narcotico sumsto, tranquille per-
eret.

XXVI. Alvus sine dolore profluit, cibos appetiit
grota, quinetiam dolores illi non nimiam molestiam
ulerunt, materiam perspirabilem retentam spiritu Min-
eri expellere conabantur.

XXVII. Alvus laxa, nullus in regione pubis s
perstes ardor, dolores modici, idem contigit sequenti
diebus, lotium quoque sine difficultate emisit. Tum
tem supervenit tanta contradictio ac inconstantia q
rimomiarum, ut symptomatibus percipiendis omn
pugnarent, quod tenebris summis morbum abduxit,
sis solummodo vehemens inter symptomatum tricas c
cuit, cui leniendae mixtura pectoralis opponebatur.

I. Julii. Animus inquietissimus sensusque insi
debilitatis insomnia illi paraverunt, pulsus neutiq
acceleratus, alvus quotidie descendit, debilitatis gr
mixturam calami compositam sumpsit.

V. Dolores in osse sacro vehementissimi in reg
nem jam descriptam redierunt, sensus turbidus et
xius disparuerat, lassitudo autem increvit, febricula
choare videbatur.

VII. Conditio eadem, inconstantia et contradic
querelarum, ut hysteriae suspicium rediret.

VIII. De Cephalaea ac ventriculi ardore conque
batur, quae cum incommoda medicamentis deriva
medicina omissa est; alvus obstructa.

XII. Dolores in osse sacro idem, macies ac fel
lenta increverunt; memorabile mihi videbatur, quamqu

otidiana alvi relaxatione gaudebat, tamen de sempi-
no tenesmo conquestam esse.

XV. Macie profecta, febricula lenta bis eam quo-
e salutante, dolores increverunt ac roborantibus fru-
a impugnabantur.

XVI. Ardor ille in regione pubis rediit, nihil ve-
a exploratione invenire potuit.

XX. Querelae semper inter se repugnabant. Exitu
nsis Julii roborantia ad vires restaurandas sumsit.

X. August. Vehementissimos denuo in osse sacro
ores accusavit ideoque vesicans loco affecto oposi-
a est, quod dolores disparere videbatur.

XXV. Ultimis Augusti diebus aegrota varia valitu-
e fruebatur; dolores autem isti semper crescebant,
de causa vesicans denuo applicatum est.

Mense Septembris balneis utebatur ac roborantibus
rota, dolores attamen iidem remanserunt.

XVI. Octob. et Novemb. obstructiones alvi fre-
ntissimae evaserunt neque laxantibus vinci potuerunt;
ilitas ac macies semper increverunt.

Decemb. Tormenta magis magisque aegrotam
ciaverunt; fastigium debilitatis ac tabescentiae atti-
e, febris lenta probavit colliquationibus stipata in-
ens.

Jannuar. Omnia ad resolutionem virium vitalium tendebant, facies collapsa, epidermidis rugis sic dicta Hippocratis instantem mortem praenunciaverunt, quae I. Februarii 1817 subsecuta est.

Historia sectionis.

Cavitas cranii. Aperuimus quidem cranii cavitatem; persuasum vero nobis fuit, integram nos ibi structurae normam reperturos esse, neque nos fefellit opinio.

Cavitas Spinalis. Spinae dorsi ac ossis sacri substantia incolumis apparuit, et dura mater et arachnoidea salvas se ostenderunt, in medulla ipsa spinali pia matre circumfusa sensibus nihil abnormitatis percipi potuit; posterior vero caudae equinae superficies medio ferme cavo sacrali rubellum, elasticum profecto mirandum corpus nobis obtulit, vasculis suis gaudens, secundi sacralium nervorum paris funiculus eum perrepit, tunicaque sua externa amplectens cystida quasi formavit. Substantia ipsa, quae dissecta sanguinem coagulatum dissimulabat, ab innumeris sese excipientibus vasculis intertexta est. Si nomine insignire hoc phoenomenon mihi licet, propter analogiam sacromatis, tumorem cysticum sacromato-

sum appellaverim, cujus origini febris illa inflamatoria (ante annos non nullos) cum spinitide forsan complicata, non parum faverit, vel, nisi fallor, alia hunc locum affligerint nocentia, quae tum congestiones in eum ciebant: ab hoc enim tempore dolor in osse sacro femoreque sinistro, dysuria et obstructiones inchoarunt, quae incommoda sympathia secundi ac tertii sacralium nervorum paris, cujus centralem extremitatem tumor oppressit, erui.

Cavitas obdominalis. Dissectis valde tenuibus integumentis sinistrum colon coactatum *) reperi. Volumen ovariorum valde auctum, dextrum in hydatida immutatum, quo resecto flavescentem ac foetidum laticem edidit, sinistrum induruit, atque uterus compactus strictissimisque fibris apparuit. Alia hujus cavitatis viscera speciem integritatis prae se tulerunt.

---

*) Hujusmodi coactationes morbum seu syphilitide, seu dysenteria productum stipare solent; crebrius autem metasehematismi rheumatici, arthritici etc. sequela est, tum etiam, ut in nostro casu, pelvis organa simul laeduntur —

Theses defendendae.

1.

Tam a sanguine, quam a nervis pendet quaecunque organorum actio.

2.

Nimia remediorum simplicitas multis in morbis summum affert damnum.

3.

Rariores Epilepsiae paroxysmi profundiorem mali sedem annunciant.

4.

In ancipite morbo medicus ut morbi naturam eruat, cum reagentibus experimentum instituere debet. —

Explicatio Iconum.

Fig. I.

A A. medulla spinalis.

B. dura mater ac membrana serosa in longitudinem cultro appertae ac utroque latere replicatae.

C. Posterior tumoris superficies os sacrum spectans.


4 a. secundum nervorum sacralium par.


4 b. nervosus ramus ejusdem paris tumorem perforans cujus neurilema excrescentia cystida formare videtur.

Fig. 2.

C. Tumor dissectus quo substantia ipsa detegitur.

1. 2. 3. 4a. 4b. quatuor nervi sacrales inferiores.


C
1
2
3
4b
4a


1
2
3

ig. 1.



